

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Doll, Christoph Heinrich]: Societatem latinam salutavit, 14 Jun 1794

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

Societatem latinam
salutavit
Christoph. Heinsicus Döll.
D. 14^{to} Jun.
1704.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible handwritten text on the right edge of the page.]

213.
Director gravissime,
Socii ornatissimi

Ex omni hominum aetate, juvenus maxima fere pars est
& potentissima. Nam usus illius rectus preparat nos adque
deducit ad vitales illas occupationes, a quibus, veluti fontibus,
utilitatem fortunamque totius reliquae vitae hauriri oportet.
Ea nempe aetate quaecumque seu corporis seu animi vires ex-
colenda atque exserenda sunt. At tamen rectius mihi glori-
videtur, ingenii, quam vitium facultatibus gloriam quaerere.
Nam, ut Sallustius ait, nostra omnis vis in animo & corpo-
re sita est: animi imperio, corporis servitio, magis utimur;
alterum nobis cum Divis, alterum cum belluis, commune est.
Animus quidem omnes nostros conatus ita regit atque disponit,
ut destinationi nostrae ac Felicitati, ad quam omnes ori-
timur, respondeant. Itaque convenit, animum in hac juve-
nili maxime aetate impelli ad requisita, quaecumque

fini sibi proposito inserviant, ad minicula, iisque quam
 diligentissime ubi, adspicere. Nam ut vititor vites
 ad huc teneras, quo natura fert, circumcitis amputat, at-
 tollit, sic quoque ingenia nostra tractanda sunt. Mag-
 nam vero imprimis commoditatem ingenii excollendi &
 perpoliendi linguarum, quibus olim Florentissimae gentes
 utebantur, notitia contineri, exploratissimum est. Sed
 proae ceteris omnibus propterea excellit Romanorum
 sermo, quod clarissimorum ingeniorum monumenta
 quam plurima, ad nostra usque tempora servata
 sunt. Jam quum Vestra Societas illuc potissimum
 tendat, ut ejus linguae studiosi adjuventur, & matuae
 sensui venustatis, qua vel maxime se commendat, adspici-
 cant; mihi vero huic Vestro sodalicio ad jungi Vestra

benignitate contigerit: mearum partium esse Duxi,
 Dada mihi a Vobis potestate, hac usut brevi & incompe-
 sita oratione reverenter Vos salutare. Egoem sane omnium
 mortalium ingratisimus, nisi Vobis, Tibi maxime, Directo
 gravissime, pro hoc in me collato beneficio, meis studiis
 tantopere profuturo, ex imo pectore gratias persolverem.
 Referre autem me quam verissime posse mihi persuadere,
 precepta Tua, Directos gravissime, saluberrima summa
 cura apud animum custodiendo, Vestramque, Socii
 ornatissimi, Diligentiam, ut potero, emulando, sicque
 Domum efficiendo, ut Vestra conjunctione non plane
 indignus esse videar.
